



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod licet idem sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici omnia esse  
quæ vult. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



esse, sed omnino idem. Et sicut idē est ei esse bonū quod esse Deū, ita idē est ei esse volentē, quod esse Deum. Nam voluntas qua semper volens est, non affectus vel motus est, qui in Deum cadere non valet, sed diuina v̄sia qua volēs est De⁹, & huiusmodi.

*Quod idem licet sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici Deo esse omnia quæ vult.* B

Et licet idem sit Deo velle quod esse, non tamen dicendum est Deum esse omnia quæ vult: quod quidam de Dei voluntate non recte sentientes, nobis obiiciunt dicentes: Si idem est Deo velle quod esse, ergo cum dicimus Deum velle omnia quæ facit, dicimus eum esse omnia quæ facit: alioquin non ibi illo verbo idem significatur, quod significatur hoc verbo esse, cum de Deo dicitur. Et si ita est, non semper dicitur de Deo velle secundum essentiam. Si vero secundum essentiam non dicitur aliquando, quomodo ergo dicitur de Deo relative enim nunquam dicitur. Ad quod dicim⁹, quia licet idem penitus sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici omnia quæ vult: sicut idem est Deo esse quod scire, nec tamen sicut dicitur scire omnia, ita quoque potest dici esse omnia.

*Obiectio querendum*

*Responsio. Plena in continentia solutio.*

*Quis sit sensus horum verborum Deus scit, vel Deus vult:*

*Item, Deus scit omnia, vel vult aliquid: & quid de Deo in his prædicatur.* C

Et ubicunque Deus dicitur scire vel sciens, vel velle, vel volens, hæc de eo secundum essentiam dicuntur. Cum enim dicitur, Deus scit, vel Deus vult, siue Deus est sciens vel volens, essentia diuina prædicatur, & Deus esse enūciatur. Cum autem additur, omnia, vel aliquid vel aliqua, & dicitur Deus scit omnia, vel vult aliquid vel aliqua: essentia quidem diuina prædicatur non simpliciter & absolute, sed ita vt scientiæ quæ ipse est, oīa subiecta mōstrētur, & volūtati quæ ipsa eadē est, aliqd vel aliqua subiecta esse dicatur: vt talis fiat

R 2

sen-